Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

ani. beati tenti sunt martyres Andronicus Ta
rachus et Probus. numerio maximo pre
side presidente. Oblato igitur Tharaco.
maximus preses dixit. Quis vocaris?
Te enim oportet interrogari primum quod
etate senior es, ideoque responde. Cum autem se
christianum esse clara voce fateretur. iussit ei
maxillas confringere dicens. Aliud pro
alio noli respondere. Iterum sciscitatur de ge
nere et originis dignitate. Qui cum se
natione romanum et militem prius fore
fateretur. et sacrificare contempnet. et racione
ob omnis huius religionis atque culture
assereret. maximeque imperatores iterum
in maxillas cedi iubet. Cumque se servum
Christi libera voce clamaret. et numquam se
sacrificare demonibus diceret. super cervi
ces eius et audit iterum vinculis ferre
is stringitur. et carceris custodie mancipatur.

Ergo cum in sanctos rabies persecutionis pa-
tyrannica deseviret, beato Tharaco
ergastuli squaloribus truso. meritis
et nomine decorus Probus tribunalibus sisti
tur audiendus. Qui etiam cum interroga
retur de nomine, inquit: Primus quod prius et
nobile est fateor se christianum. deinde com-
vocabulo dici Probum. Impellitur ergo sacrifi
cia diis offerre. et christianitatis culturam om
nimodis denegare. Quod cum execrandum
et impium exclamasset, exutus corporis teg
mine nudus nervis ceditur, permanens
in confessione. Deinde gyratur. et iterum
ter ceditur. et in his omnibus semper Christi con
fessor auditur. Tunc ferro constringitur.
et Andronicus beatus tertius applicatur. Quem
cum ex more interrogaret de nomine et
linea rotantis genealogie audiunt
eum esse nobilem genere. et primi ordinis e
phesiorum dignitate florere. Ceterum
invitatur ad victimas Christi acceptabilis

hostia et recusat, blanditur terretur. et im
mobilis invenitur. Deinde vestibus spoli
atur. et in sublime suspenditur. et atro
citer cruciatur. et in tormentis fortis invenitur.
tum tybia torquetur. et in lateribus pungitur,
et iterum collo pedibusque ferri pondere o
neratus novo recipitur. Secunda igitur in
terrogatione facta in Sisia civitate
oblati sunt sancti iudiciarie potestati.
Accersitur itaque noster Tharacus ad thurifi
candum primus et honoribus extolli percipitur
nec lenociniis flectitur. Tum ei manibus
ignis subicitur. inde ligatus pedibus acri
sub facie eius fumo subiecto in altum su
spenditur. Atque sacrificare nolenti ace
tum cum sale naribus eius infunditur. post hoc
sinapi aceto commixto olfactoria per
funditur. sicque ferri metallo onustus
carceris squalore vincitur. Adducitur
igitur Probus et diis culturam adhibere iu
betur. Cumque viriliter repugnaret ore cre
delitatis quassato, ferro candenti initiatur.
deinde nervis durissimis ceditur. et ca
pitis coma evulsa prunis igneis co
ronatur. Iterum in facie ceditur. et ergastu
lo redditur. Tum etiam Andronicus presen
tatur. et ut diis libamina funderet incitatur.
Quod cum Christi miles facere nollet in palis
extenditur. et nervorum ictibus cruentatur.
et dorsum eius sale aspergitur atque fricatur.
nec sic a fide catholica evellitur.

Igitur tercia interrogatione facta in
Anozarbo civitate beati martyres audiencie
tribunicie sunt obiecti. Quibus ex more
ut edictis principum obsecundarent a iu
dice compellatur. Verum non prevalent diaboli
ignea tela adversus Christi invictissima ar
ma. Aggrediens itaque furor tyrannicus
Tharacum diis litare sacrificium iubet.
Illo vero totis in sibi renitente ac tra